VICARII CAESARAVGVSTAN. PARROCHIALIVM, AN RECTE DENVNCIAVERINT EXCOMmunicatos Decanum & Capitulum Cæsaraugust. virtute Executorialium Legati, cum clausula, constito de intimatione mandati, non tamen de paritione, sub pœnis, & censuris publicetis.

NItuntur probare rectè processisse ex forma mãdati, cui cum superioris sit obedire tenebantur, aliàs morte morerẽtur iuxta illud 1. Reg. c. 13. quod habetur in c. 2. de maiorit. & obed.

Sed ipsos nec ritè, nec rectè processisse manifestissimè ex sequentibus apparebit: 1. ex auctoritate Felini in cap. ad probandum antepeult. n. 6. de re iudicata, cuius propria verba sunt. Licet executoriales excõmunicent, vt ex tunc & etiam mandent denunciari excõmunicatum; tamen in omnibus intelligitur conditio si non paruerit, quod autem non paruerit sine iusta causa, non priùs constat, quàm lata fuerit declaratoria. Hanc praxim sic seruari testantur scripta sequẽtium, Ioann. Gutierrez Canonic. qq. lib. 1. c. 4. nu. 28. vers. licet. &c. Marcus Antonius Genuen. in prax. Neapolit. c. 29. num. 24. addens comparentem offerentem se paratum satisfacere, non posse publicari, imo iudicarunt Domini maximam iniuriam fuisse illatam publicando Octau. Vestrius de acti. Rom. aulæ lib. 8. cap. vlt. num. 16. & 17. Zerola in praxi. Episc. verbo excommunicatio in addit. §. 4. Piasecius in praxi. Episcopali. p. 2. c. 4. num. 87. §. neq. in casibus. Et colligitur ex formula declaratoriarum, quam refert formularium terminorum Romanæ Curię pag. 198. Et Salustius Tyberius in praxi iudiciaria. lib. 4. pag. 313.

Neque obſtat, ſi replicent ſtylum illum eſſe Curiæ Romanę. Quia reſpondeo, quod ſtylus Curię Romanę debetur ſequi tamquam matr. & Magiſtr. & pro lege ſeruari. c.ex literis. 11. de cōſtit.cap. quam graui de crimine falſi. Speculator de appellat. §. de offic.quoque.n. 14. Probus in cap. vt animarum, n. 57. de conſtit. Felinus in cap.ex parte.2.num.16. de reſcrip. Caſadorus deciſ. 2. num.4.de locat. & conduct. Item reſpondeo, quod hic ſumus in caſu executorialium Legati Sedis Apoſtolicæ in quo maximé viget obligatio ſequendi ſtylum Romanum, iuxta reg. quod ſubrrogatus &c. de qua in l. parabolani, 18. C.de Epiſcop. & Clericis.

Item reſpondeo, quod ſi aduertatur ad praxim Eccleſiaſticam de Salcedo fol.81.§.benigna, etiam contumax non ſtatim declaratur excommunicatus, ſed alius terminus ei pręfigitur, licet ibi loquatur Salzedo de contumatia non comparēdo, qui contumatior eſt quam non parens Couarr.lat.in cap.alma.1.p.§.9. n.3.

Secundo. Quia quoties mandatur aliquid exequi rigore, vel in cōueniētibus plenum recurrēdū eſt ad ſuperiorē cap. ſi quando de reſcrip.c.cum teneamur de præbend.in pręſenti datur mandatum (curialiter loquendo, & vt melius dicā iuxta Vicariorum ſenſum) rigore plenum, primo, quia datur poteſtas publicandi Decanum, & Capitulares excommunicatos omnibus Curis totius Hiſpanię, ſi eis non conſtiterit de paritione; difficile, & feré impoſſibile mandatur Capitulo, vt omnibus iſtis paritionem notificet, vnde ſuccedit reg. quod non debeat ad hoc obligari. l.4.§.1.de ſtatu lib. neque etiam ſub excommunicatione quę requirit contumatiam. cap.certum eſt.11.q.3. Datur ſimiliter mandatum præter ſtylum nam ſi conſulatur prædicta praxis Salzedi ſup.d.fol.81.§.benigna, & fol.78.§.mandat. & fol.80.§.inhibicion, inuenietur, quod ſolū Curato Parrochię iubetur, vt publicet excommunicatum conſtito de notificatione, & non de paritione, ergo prædicti Vicarij ad ſuperiorem conſulationem interponere debuerunt.

Tertio. Quia Capitulum reſpondit ſe offerens paratum pro ſatisfactione, & obedientia, ſibi mandatorum, & ad executionem petijt liquidari menſam anniuerſariorum, ex qua deducendę erant quantitates, quas ſoluere iubebatur. Quod Reſponſum fuiſſe

ſuffi-

sufficiens (quia licet esset liquida quantitas,nō tamē mensa,ex qua dedu-
cenda erat)ex sequentibus apparebit. 1. ex decis. 1. in nou. vbi hæc ver-
ba,certa iuris regula est, quod exceptio de fructibus non perceptis op-
poni potest coram executore,ex decis in noui. de sententia, & re iudicata
vbi hæc verba.Executor potest monere condemnatum,vt de fructibus sa
tisfaciat victori infra certum terminum, intra quem potest allegare se
illos non percepisse,& similia,quod si non fecerit sententia excommuni-
cationis propter hoc lata iusta est argumento text. in cap. 2. de sentent
excommun.in 6.Ex Rota decis. 100.1.p.diuers.14.vbi non admittitur ap-
pellatio,quādo secuta fuit liquidatio cōdēnationē in actione vniuersali,er
go cum ante liquidationē ex parte capituli interposita fuerit appellatio,
debet admitti,ex decis. 311.Mohed.quē sequitur Serafin.1.p. decis.655.
num. 3. Cuius vorba sunt, vbi non est facta liquidatio fructuum , sufficit
oblatio verbalis de soluendo,vt omisso possessorio procedatur adpetito-
rium Ex decis.Serafin.1113.2.p.num. 5. vbi oppositio illiquidi impedit
declaratoriam,cui iunge decissionem.58.n.fin.2.p.diuers.vbi corpora,ex
quibus deducendi sunt fructus , debent esse certa . Item ex grauissimis
Doctoribus, 1.ex Baldo in c.Pastoralis.§.quia vero.n. 16. de offic.deleg.
cuius verba sunt sententia non liquida non debet executioni mandari.l.
quod tamen 21.§.Pomponius de recep.arbitr. vbi sententia incerta dici-
tur inutilis hoc modo concepta , *Diuisioni vestræ stare placet,* ex Aymon.
cons.164, num.2.cuius verba sunt,sententię executio ante liquidationem
fieri non potest. l.5. in principio, ex quibus causis in posses. vbi cessat
missio in possessionem si non liquet,quod liquere debet.Ex Scacia.de ap-
pellat.q.17.limitat.9.num.28.qui sic specifice loquitur , cum is,qui obti-
nuit decerni executionem vult venire ad executionem super tanto , seu
super certa re,tunc debet liquidari citata parte.Er non facta liquidatione
non debet deueniri ad actum executionis. Ex Martha de claus.1.p. claus.
304.num.1.qui citat Bald.Crauet.Olas.Lucens. Genuens. Gratia. & Fe-
licianum,cuius verba in specie talia sunt. Certum est quod liquidatio de-
bet præcedere executionem instrumenti , vel etiam rei iudicatæ, nec an-
tea potest peti inter esse, & Marco Antho. supra cum eius verbis relato.
Denique ex forma commissionis liquidationis, quam refert Salutius su-
pra lib.4 pag.317.prosequitur Bened.de Barcis de guarentigia, quæst.2.
per totam.

Quarto

Quarto. Quia prædicti Vicarij publicarunt tam intimatos intra aulam Capitularem, quam extra, cum certum sit, quod Illustrissimus Legatus principaliter executoriales mittit contra Capitulum, & actus Capitularis non dicitur quotis singuli extra Capitulum consenserunt, vel dissenserunt. Panormitanus in cap. cum Ecclesia. n. 14. de caus. possess. optime in Curia Pisana lib. 4. c. 3. n. 5. & 6. Syluest. ex glos: verbo Tractatus in c. 1. de rebus Ecclesiæ. in. 6. verbo electio. 2. n. 12.

Quod si replicent Illustrissimum iussisse mãdatum intimare Capitulo, & singulis respondeo, quod etiam singulis nõ poterat intimari, nisi essent simul congregati iuxta supradictos Doctores, & melius in decissione Rottæ. 1. de sent. excom. in antiquis, agit ibi Rotta de Excommunicatione lata contra Decanum, & Capitulum, & ponit hæc verba singulares personæ non possunt excommunicari licet citati fuerint tanquam Capitulum facientes, vt ergo possent excommunicari singuli inobedientes posita est clausula intimationis singulorum, quia in vniuersitatem excommunicatio ferri non debet. c. Romana. §. in vniuersitatem de sententia excom. in 6. prosequitur Nauarrus in Manuali cap. 27. n. 16. Couar. 2. variar. c. 8. n 9. Suarez de Censuris disp. 18. sect. 2. n. 2.

Quinto. Quia Vicarij prędicti sic ex abrupto processerunt, quod cum scire debuissent excommunicationem requirere contumatiam. Vt late Couarr. in c. alma. 1. p. relect. §. 9. & quod contumatia non cadit in infirmum. l. contumatia. §. pœnam de re iudicata, notat ex Bart. in l. 1 columna 1. de in integrũ restitutione Ludouicus Gomez in reg. de infirm. quęstio. 9. §. ergo hoc priuilegio 12. nihilominus etiam infirmos publicarunt, licet sibi familiares denunciare destiterint. Sub censura, &c.

El Doctor don Luys de Sarauia.